

motam Ecclesiam, ut praeibatur est, tenuisse, & eundem clericum suam possessionem & libertatem per manum laicam eiectionem, & partis aduersae intrusionem probasse, & ap. cell. Ecclesiam ipsam constructibus inde per-

tatur; renuntio vero metu facta ipso iure nulla fuerat. Difficilior est alia questio, utrum videlicet talis renuntio metu facta, iuramento firmata, valida sit? In qua quaestione affirmativa sententia probati videtur ex c. ad aures, beati in illis verbis: Nisi forte iuramento, vel fide interposita sit confirmata; Quae verba aperte suadent, iuramento accedente renuntiationem metu gravi factam valere. Deinde ex c. ad aures, hoc tit. in illis verbis: Non obstantibus iuramento, quoniam ad repetendum, sed ad resignandum solummodo tenebatur. Igitur si iurasset, tamen non repetiturum, renuntio vires haberet. Contrarium tamen videlicet renuntiationem etiam iuramento factam nullam esse, probatur ex c. 2. hoc tit. si expendantur proprietates verbi abiecerit, iunctis ibi notatis. Deinde ex c. 3. de res. sp. & ex c. per totum 10. de off. deleg. in l. collect. in illis verbis: Iuramento prestato resuscit. Ex quibus constat, non obstantibus iuramento renuntiationem metu factam non valere. Pro cuius diffidat concilianda dicendum est, renuntiationem metu gravi factam, & iuramento firmatam, non valere, & beneficium ita abjuratum repeti posse peccata relaxatione iurisdictionis; vires autem habere, si relaxatio non petatur. Unde textus, qui affirmat renuntiationem etiam iuramento firmatam non valere, accipiendi sunt peccata relaxatione iuramentum; alii vero, qui negant tale beneficium repeti posse, procedunt non repetita relaxatione iuramentum. Quam distinctionem amplectuntur Gaillus lib. 2. obseru. cap. 47. Covarr. in 4. part. 2. c. 5. num. 7. Felagosa in cap. 1. hoc tit. num. 88. omnibus distinctionibus traditis a Canisio in cap. 2. hoc tit. Arellano de iurisdictione 15.

C A P U T V.

Idem a Nidrosien. Archiepiscopo.

Sacris canonibus. b Et infra: Distinguius autem, utrum is qui communicatus inuitus, sit per coactionem attractus, an per metum inductus. In primo siquidem casu non credimus excommunicationem teneri, cum magis pati, quam agere conuincatur. In secundo vero licet metus culpam attenuet: quia tamen non eam proforsus excludit, cum pro nullo metu debeat quis e mortale peccatum incurere, talem excommunicationis labe creditus inquirari.

NOTAE.

Nidrosien.) Ita legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 2. in sexta vero legitur videtur, sed male, ut iam notauit Bolquetus in notis ad Inoc. III. l. 2. regest. 14. ep. 72. De Nidrosien. diocesi nonnulla notari in c. quod in dubio, de renouat. b Et infra. Verba quae in praesenti decretum, reperiuntur in c. sacris, de sepulchris, & sacris de sentent. excom. ubi aliae partes huius distinctionis sunt. c Mortale peccatum. Ex his verbis ita generaliter prolatis, probari videtur, per communicationem cum excommunicato etiam in humanis, mortalem noxam incurri, quod & probari videtur ex c. 109. n. 11. q. 3. c. exceptionem 12. de excep. c. si vero 2. de sententia excommunicationis; & docent Joann. Andreas in presentia 2. q. 5. Barb. de censuris, in 4. d. 35. q. 1. dist. 4. c. 2. Illud tamen extra controversiam est, communicantem in diuinitate lethalem culpam incurere, ut docent post D. Th. in 4. d. 18. q. 2. art. 4. Covarr. in c. ad aures, 1. p. 5. n. 7. Barb. in presentia 2. q. 4. Gibalinus de censuris, dist. 7. q. 9. ex n. 9. Diana 5. p. 11. s. resp. 11. & in 9. resp. 2. & p. 7. n. 11. resp. 47. Greg. Lopez in l. 33. verbo. En la menor, tit. 2. p. 1.

COMMENTARIUM.

Quia per vim praesentem absolute coactus excommunicatio committitur, nullam excommunicationem incurrit: focus si metu conditionali. Probant eam textus in c. Presbytero, §. qui autem, 50. d. c. consus 1. g. l. c. in 22. q. 1. c. 205. de consec. d. 4. c. contra, de hereticis in 6. Illustrant ultra congesta Barb. in presentia, Luna & Arellanus l. 1. avinon. 15. Frechilla de sent. excom. 3. p. n. 11. Cabreros de metu, l. 2. c. 31. ex n. 35. Bolquet. ad Inoc. l. 2. ep. 72. Balboa in c. 2. de exceptionibus, n. 68. & in c. exceptionem 17. n. 24. not. tit. Gibalinus de censuris, dist. 7. q. 9. p. 2. in fin. Riccius de iure personarum, l. 4. c. 44. per totum, Vega in c. intelleximus 2. n. 117. de iudiciis, Balboa & Freitas ad hunc textum. Sed tota huius textus contextura merito iuris Interpretibus difficilis visa est; siquidem in ea aduertitur, communicantem cum excommunicato metu conditionali, excommunicationem incurere; quod iuris principis contrarium videtur: nam aut ita communicans incurrit eam censuram propter lethalem culpam in ipsa communicatione contractam, quae necessaria est ad incurrandam excommunicationem, c. nemo, c. nullus, 11. q. 3. aut propter contumaciam, quae desideratur ad hoc, ut quis excommunicationem incurrat, c. quisquis 2. q. 6. c. Romana, c. ad aures, de sent. excom. l. 6. c. 1. ibi: Contumacia reprimatur, de excep. cod. l. 6. Sed ille, qui coactus communicat cum excommunicato, nec peccatum lethale committit, nec contumacia est: igitur nec censuram incurrit. Probatur minor; nam lex postiva aliquid precipiens, aut prohibens, non obligat cum periculo vitae: nec qui metu mortis legem positivam transgreditur, peccat, c. ex parte 47. de appell. c. 1. de obseru. reuocatum: probant Azo. c. 2. dist. 1. l. c. 11. q. 1. Saar. de censuris, dist. 6. f.

3. n. 7. Aragon 2. 2. q. 62. ar. 3. dub. 1. Covarr. in c. ad aures, 1. p. 5. n. 11. plures relati a Riccio d. c. 44. n. 11. Contumaciam ipsam non incurere, per se notum est: igitur nec censuram, nec excommunicationem ullam incurrit communicans cum excommunicato metu conditionali. Deinde quod in fine huius textus docetur, eum nullam metum, etiam mortis peccatum lethale esse perpetrandum, difficile redditur ex c. ex parte 11. de sepulchris, ubi mulier, quae ob metum amittenda virginitatis se precipitavit e ponte, admittit ad sepulchrum ecclesiasticum: igitur quia propter metum grauem excusat quia culpa. Id etiam probatur ex c. officii, de paroch. & remiss. ubi quae metu mariti partum suppositum non declaravit, admittit ad poenitentiam: igitur quia metu mortis potest peccatum mortale perpetrari. Quibus difficultatibus moime obstantibus vera est praesentis decreti: cuius rationem ut percipiamus, sciendum est, communicantem cum excommunicato maiori excommunicatione ligato, minori excommunicatione ligari, non ex iuris diuini dispositione, ut aliqui non ignobiles Doctores censuerunt: sed tantum ex iure ecclesiastico ab Apostolis statuto, c. sicut Apostoli, c. excommunicatus, c. cum excommunicato, c. qui merito 11. q. 3. c. significauit 18. c. super 19. cum aliis, de sent. excom. c. cum olim 17. v. illud, de privilegiis. Alia iuris testimonia conseruerunt Ant. Aug. in epit. iuris, l. 37. tit. 7. Crespetus in summa verbo Excommunicatus non communicandum. Albalpines l. 1. obseru. c. 1. Suarez de censuris dist. 15. f. 3. Petr. Greg. l. 4. part. 16. c. 3. & 7. Bolquetus & Gibalinus, ubi supra; Frechilla de excom. 3. p. per totum; Gazens in notis ad Cassianum, l. 2. collat. c. 15. Riccius d. l. 4. de iure person. c. 43. Spondanus de Coemeterijs, p. 1. l. 4. c. 3. nisi communicatio sit in diuinitate officij, vel cum excommunicato nominatim a Pontifice, vel in ipso crimine: aut si inflicta sit excommunicatio contra participantes: quibus in causis communicans cum excommunicato maiorem excommunicationem incurrit, iuxta textum ita accipiendos in c. qui merito 15. q. 3. c. super, c. qui conuincit, c. significauit, ubi late Deo annuente dicemus, de sent. excom. Nec contrarium probat textus in c. excommunicatus 11. q. 11. q. 3. in illis verbis: Similis excommunicationis subiecit. Ex quibus constat, communicantem cum excommunicato, non minori, sed maiori excommunicatione ligari; nam verba illa, Similis excommunicationis, accipienda sunt in genere, non in specie, nisi verba ea referantur ad aliquem ex causis supra relatis, ad quos etiam referendus est textus in can. 9. Concilij Charact. ubi ita Aug. ait: Si quis Praebiter in communicatione coacti excommunicatum recipere, ipse quoque aequali crimine obnoxius videtur. Quo praepeto vitandi excommunicatos, etiam ipsam Romanum Praefatum ligari, iam probauit Praepeter meus, & Hispaniae decus Illustrissimus D. Praefatus Ramos in synop. pro Episcop. Lusit. proep. 4. n. 106. Communicare autem cum excommunicato quis dicitur, cum aliquo ex modis hoc versu comprehensis participat, aut communicat. Or, orate, vale, communico, mensa negatur. Oris communicatio comprehendit osculum, omniaque benedictentiae signa, & excommunicatus 11. q. 3. omnem sermonem cum eo, five per verba, d. c. sicut Apostoli, c. si aliquando, c. statim, c. constitutions, de sent. excom. l. 6. five per litteras, five per nuntium, aut nuntium: cuius communicationis licet non exeat in iure canonico expressa prohibitio, tamen his modis communicantem cum excommunicato, minorem excommunicationem incurere, docuerunt Covarr. in d. cap. ad aures, 1. p. 9. l. n. 1. plures cogenti a Gibalino ubi supra, pag. 280. n. 4. Leandro de censuris, dist. 13. q. 9. Sequitur verbum Orate, per quod omnis communicatio cum excommunicato in diuinitate officij prohibetur; ut simul cum excommunicato orate, Missae sacrificium cum eo audire, seu aliis diuinitate officij interesse, ut late persequitur Gibalinus de censuris, dist. 7. q. 2. per totum. Praecipue prohibita est communicatio cum excommunicato ipsam sepelendo, aut eius sepulture interessendo, c. sacris, de sepulchris, c. sacris, de sentent. excom. Clement. 1. de sepulchris, Gibalinus d. dist. 7. q. 2. pag. 224. Sepultura enim res spiritualis, five actio spiritualis est; unde facti videtur cum excommunicato communicasse in diuinitate, qui illam sepulture ecclesiasticae tradidit, ut lapsus dicemus in c. sacris, de sepulchris, verbo vale: omnes honorificas salutaciones, tam verbo, quam facto prohibentur, c. omnis 24. q. 1. c. excommunicatus 11. q. 3. Et licet quibusdam vulgares honorificas salutaciones, quales sunt caput discoperire, aspergere, ea decedere, Interpretes non constant, placet nunc huiusmodi actum, & totum assiduum usum, non incurri excommunicationem, ut ex Snyro, Avila, & Riccio docent Gibalinus ubi supra pag. 280. Leandro, dist. 13. q. 131. Per verbum Communico, prohibetur societas, seu communicatio in aliquo acta humano, ut expressè traditur in c. omnis 7. q. 1. & ab Innocentio in c. super, de sent. excom. Cuius excommunicationis exempla, & acceptiones tradunt Albalpines l. 1. obseru. c. 1. Morinus lib. 2. exercit. fore per totum. Mentis etiam prohibetur communicatio cum excommunicato, c. excommunicatus, c. cum excommunicato, c. ad mensam, l. 1. q. 3. d. c. nuptiae late docent Gibalinus de censuris, d. dist. 7. q. 8. p. 281. Leandro d. dist. 13. de censuris, p. 30. & nos de communicatione per participationem mensa aliqua non inuicandam congestimus in c. ad reprimendam 8. de officio Ordin. Sunt tamen aliqui casus, in quibus qui communicat cum excommunicato, etiam maiori excommunicatione ligatus, nullam excommunicationem incurrit, quos ex c. quoniam 11. q. 3. c. responsio, c. cum voluntate, de sent. excom. his verbis complectuntur Doctores. Utile, lex, humile, res ignorata, necesse. Haec quinque solentur anathema non possit obesse. Verbo arde, sequentes comprehenduntur casus. Primus cum datur utilitas spiritualis propria excommunicati, ut cum ipsi admittit ad concionem, sine confessionem, c. responsio, de sent. excom. vel cum illi elargitur elemosyna, d. c. quoniam. Secundus consideratur, cum adest utilitas propria ipsius excommunicati; unde potest creditor ab eo, tam in iudicio, quam extra, debitum petere, c. intelleximus, de iudiciis: docent Gibalinus ubi supra, d. 98. Leandro d. dist. 17. q. 1. nuptiae ad 14. Sequentibus verbis, lex, humile, docetur, non ligari excommunicatione cum excommunicato communicando eos, qui lege matrimonij, patriae, seu domnicae potestatis tenentur cum excommunicato colubitare, & communicare. Unde uxores communicans cum excommunicato domi viro in mensa, aut debiti solutione, non incurrit aliquam censuram, d. c. quoniam, c. inter alia, de sententia excom. Item procedit in filiis legitimis, five illegitimis; naturalibus, five adoptiuis; papillis cum tutoribus; seruis, famulis, & vassallis cum dominis; militibus cum duce, ut sile resoluunt Gibalinus ubi supra, fol. 297. Leandro dist. 15. q. 15. nuptiae ad 44. Ignorantia etiam inuincibilis iuris, vel facti excusat communicantem cum excommunicato, d. c. quoniam. Unde ignorans, aut debitans aliquem esse excommunicatum non toleratum, si cum eo communicauerit, non incurrit excommunicationem minorem; ut persequitur Gibalinus ubi supra, pag. 310. Leandro de censuris, dist. 15. q. 54. nuptiae ad 58. qui autem communicans cum excommunicato exculatur ob necessitatem, inferius dicemus. Deinde sciendum est, duplicem esse vim; alteram praesentem & absolutam, alteram vero conditionalem, ad quas referri possunt, quae congerunt Abbas, Batrius, & Berouis in praesentia, Menoch. respondenda post. in praedictis, n. 37. ubi plura de vi expulsiua, turbatiua, & ablatiua; & aliis reulit. Vis aboluta est, quae nullam consensum patientis admittit, sed quaedam includit necessitatem omnino voluntate oppositam, ut ait Ulpianus in l. 1. ff. de eo quod metus: seu maioris rei impetus, qui resisti non valet. Paulus l. 1. sententia 7. §. 7. docent Cuiacius l. 1. obseru. c. 20. Alciatus l. 1. par. c. 28. §. 33. de qua vi agitur in c. amiores, §. item queritur, de baptismo. Alia vero dicitur vis conditionalis, quae verus est, cadens in vim constantem: exempli gratia quando ex duobus malis sibi imminuentibus, altero periculi instantis, altero illius actus, quos fieri intendit is, qui metum intulit, & metum patientis unam, aut alteram eligi propria voluntate & libero arbitrio; indeque receptum est, voluntatem coactam, voluntatem esse, ut probauit ex Theologis & Philosophis supra, inc. 1. Illud discrimen inter vim praesentem & conditionalem versatur, quod actus gestus interuenit vi praesentia, & aboluta, non est voluntarius, & ideo non potest ullo modo contuere peccatum: actus vero gestus interuenit vi conditionalis, seu metu voluntarius est, & peccatum contuere potest. His suppositis varia pro huius textus interpretatione addidit D. G. Gonzalez in Decretal. Tom. I. Pars II.

xerunt Doctores, tam Theologi, quam Jurisperiti. Scraphinus a Freitas in relatione, ad hunc textum, veram eius interpretationem repetit ex historia sacali Innocentij III. apponit enim eo tempore schisma in Imperio stetit inter Philippum Sreuiam Ducem, Henrici VI. demortui Imperatoris fratrem; & inter Othonem Henrici Saperbi Saxoniae Ducis filium, & Joannem Angliae Regis ex sorore nepotem; cui Anglia Rex, & alii Principes, praecipue Innocentius III. fauebant: Philippus vero Galliae Rex, reuente Pontifice, & iugurta coronatus, deponit fuit ab Innocentio Tertio, & eius iussu Otho Aquilgrani ab Archiepiscopo Coloniae coronatus: & Innocentius excommunicauit Philippum cum omnibus suis factoribus anno 1203. Ex qua historia deducit Freitas, Regem Norvegiae secutam fuisse partes Philippi Regis, & eotempore plures occubuisse in bello initio inter Philippum, & Othonem excommunicatione ligatos, laevanteque bello plures communicasse cum ipsis excommunicatis. Unde consulat ipsam Pontificem Episcopus Nidrosiensis, an in excommunicatione occumbentes sepulture ecclesiasticae essent tradendi, & communicantes cum ipsis excommunicatis? Cui consultationi respondet Innocentius in praesentia, & in c. sacris, de sepulchris. Verum haec perdocti viri sententia admitti non potest, nec conuenit consultationi facta ab Episcopo Nidrosiensis in praesentia, nec ea historia admittit, inde vera interpretatio huius textus deducitur: quare ut eam afferamus, obseruo Innocentium Tertium in praesentia agere de communicante cum excommunicato in diuinitate, videlicet in eius sepultura. Quod si tam primam partem huius textus, quam secundam, quae extat in c. sacris, de sepulchris, c. sacris, de sent. excom. attente perpendamus, facile percipietur, praecipue si historiam illius temporis Ecclesiae Anglicanae repetamus. Cum enim super electione Archiepiscopi Cantuariensis Joannes Rex Angliae excommunicatus fuisset ab Innocentio Tertio, atque uniuersa ejus terra interdicho supposita, adeo ut defunctorum cadauera insepulta per agros remanerent, aut in fossas profanas proicerentur, ut refert Spondanus post Baronium anno 1208. n. 4. plerumque Regij ministri cogebant vi & metuacerdores, & ministros Ecclesiae excommunicatorum cadauera in Ecclesiis cum Palamis, & Oratoribus tamulare: quare consulit Innocentius Tertius ab Episcopo Nidrosiensis, quid statuendum esset de illis, qui per vim & metum excommunicatos sepeliant, aut ejus sepulture communicantes interfuerant? Respondet ita communicantes cum excommunicatis per vim praesentem, nullam incurere excommunicationem; per metum autem communicantem excommunicatione ligari, Cuius decisionis ratio ex supra traditis proeuit; nam vis aboluta, de qua in prima parte huius textus agitur, omnino voluntate repugnat, omnique consensu ab agente excludit, ut dicitur ab Aristotele l. 3. Ethic. c. 2. his verbis: Volentem est, quod fit ab exarbitrio, passio non confertur animi; id est non cogente aliqua voluntate ad actum violentum: ut si quis christianus reperiret ad templum Gentilium, manisque ejus apprehenderetur, & sic cogereur idolis thurificare, quod exemplum propositum idem Innocentius III. in c. amiores §. item queritur, de baptismo, in illis verbis: Sicut nec ille noram alicuius reatus incurrit, qui contra dicens penitus, & reclamans, thurificare idolis cogitur volentem; vel si quis manu apprehensus cogatur subscribere. Sauch. l. 4. de matrim. dist. 1. n. 1. Unde cum in praesentia casu interessentes excommunicatorum sepulture vi praesentia cogentur ibi manere, & cum excommunicatis communicare, non qua compellerentur orate, ut antiqui in praesentia putabant; siquidem nemo cogi potest ea praerogare quae ex animo proueniunt, l. 2. de heredi. instit. ibi: Potius enim, quamvis inuoluntate domino, nulle actio, D. Bernardus l. 6. de arbitrio, sed adesse sepulture in Ecclesia, dum ipsi excommunicati sepeliebantur; ideo ita communicantes nullam excommunicationem incurrit, quia ut ait Innocentius in praesentia, magis pati, quam agere videtur. Sicut nullam adulterium committit uxor per vim oppressa, l. 1. ff. de eo quod metus, ff. ad legem Jul. de adult. In secundo vero qui communicat cum excommunicato, quia voluntarie communicat, cum voluntas coacta voluntas sit, l. 1. ff. de eo quod metus, excommunicationem incurrit; cum pro nullo metu, etiam mortis, debeat quis lethalem culpam committere, praecipue quae tendit in contemptum religionis, aut clauum Ecclesiae, c. primus, c. non quis, 22. q. 1. c. sine salu, 32. q. 5. Facit Iuuenalis ibi: Phalaris licet imperet, ut sit. Vultus, & admodum dicitur perararia, tuorum; Saurosum crede nefas animam presere pudori. Plura Petrus Greg. l. 9. synag. c. 1. Dorleans ad Tacitum l. 2. pag. 291. Lelius Maucinus l. 1. de triplici iuris collat. c. 9. Merito ergo in hoc secundo casu docet Innocentius, communicantem in ipsa sepulture excommunicati excommunicationem minorem incurere; quia quamvis alias ex defectu liberae voluntatis poena decretae, ut probat Mogollon de metu, c. 8. §. 1. ubi componit Papinianum relatum in l. ff. de legib. & Marcian. in l. ff. eodem, cum Juliano l. 1. §. ubi quis prohibet, ff. de nocturnis; tamen in praesentia casu, cum ex tali communicatione sequeretur contemptus Ecclesiasticae disciplinae, & potestatis clauum Ecclesiae, ideo poena non minuitur. Nec obstant difficultates supra pro dubitandi ratione adductae. Nam prima proposita ex eo, quod qui gravi metu communicat cum excommunicato, lethalem culpam non admittit: siquidem lex postiva non obligat cum discrimine vitae. Unde D. Th. 2. 2. q. 104. art. 5. asserit in his, quae ad conseruationem hominis spectant, non teneri hominem homini obedire, vel obtemperare. Accedunt exempla ex sacra pagina peita: libro enim

Conclusio deducitur & probatur. Impugnatio praesentis decreti.

Communicatio excommunicati prohibetur.

De duplici vi.

De variis communicandi modis.

Diffoluentur difficultates.

enim i. Regum. c. 10. ubi. 4. refertur, Davidem necessitate oppressum panis propositionis comedisse, quos laici iuxta legem scriptam Num. c. 18. v. 4. non poterant edere; & tamen hoc factum excusat a Domino apud Mattheum c. 12. Machab. etiam, quia ad vite defensionem in Sabbato pugnabant, excusantur. l. 1. Machab. c. 2. v. 1. c. 2. quod non est, de R. l. Discipuli etiam Domini, quia coacti fame alienas ipicas sumpturunt, & omni culpa immunes fuisse docetur in c. discipulos; de consecr. dist. 5. Alia adducunt Suarez de legibus lib. 3. c. 30. Salas quodlibet tract. q. 96. art. 1. q. 1. Layman lib. 1. de legib. c. 4. v. 14. n. 5. Ut ergo huc difficultati satisfaciamus, dicendum est, verum esse regulariter legem humanam non obligare cum discrimine vite; aliquando tamen cum eius dispendio obligare posse, ut cum ex legis positive observantia majus Reipublice commodum speratur, aut ex illius neglectu majus incommodum timetur, & Ferdinandus a Castro Palao in opere morali, tractatu de legibus, parti. 16. in principio, Aravio ad D. Thomam ubi supra, q. 97. dist. 3. sect. 4. dist. 3. Unde milites etiam sub vite periculo locum in bello sibi assignatum custodire tenentur, l. 3. q. 1. stationi, c. si quis volens, ff. de re militi. quod precipue procedit, quando transgressio legis cedit in contemptum religionis Christiane, seu potestatis clavium Ecclesie, c. sicut latius 32. q. 4. c. non solum 11. q. 3. Unde laudantur & commendantur Eleazarus, qui cum cogeret in contemptum legis carnes porcinas edere, potius elegit mortem sustinere, quam eas comedere, ut refertur l. 2. Machab. cap. 6. v. 18. & Sanctus Hermenegildus, qui elegit potius vita privari, quam Eucharistiam ab Episcopo Arvano sumere, c. fin. 24. q. 1. refert post alios Hispania historicos Sahabedra in Corona Goth. in vita Lavinij. Unde cum in presenti casu excommunicatione in divinis cum excommunicatis, aut eos sepeliendo, aut eorum sepulture intercedendo, contemptus disciplinae ecclesiasticae, & potestatis clavium Ecclesie sequerentur; cum enim ob duritiam Joannis Regis Angliae univere ejus terra esset interdictio ecclesiastica supposita, & ipse adhuc persisteret in contumacia, ecclesiasticas personas bonis privando, & in exilium mittendo, & tributis Ecclesie vexando, ut late refert Spondanus ubi supra; ideo lex ecclesiastica communicationem cum excommunicatis in divinis prohibens obligabat cum vite dispendio ut etiam in aliis casibus docent Henricus in l. 1. c. 23. q. 4. Cajetan. ad D. Thomam 2. q. 96. art. 4. Nec secunda difficultas advertatur; verum enim est, ob nullum periculum, etiam mortis, lethalem culpam esse admittendam; nec contrarium probant text. in d. c. ex parte, c. in d. c. officii; nam text. in d. c. ex parte; procedit, cum ob servandam castitatem divina inspiratione virgo potius elegit mortem arripere, quam luxuria consentire: quod & plures divinos allegat fecisse ibi refertur. At in d. c. officii, tantum probatur ob metum mariti excusari mulierem, qui se proderet in delicto partus suppositi; non autem ut ob metum possit illud perpetrare. Et regulariter certum est, neminem teneri se proderet, ut probant Covarr. in reg. Peccatum, Sylvest. verb. Adult. Balboa in c. 1. de excep. n. 41. Forner l. 4. r. q. 15. Mancin. lib. 2. gentilius, c. 166. Gibalin. de consecr. dist. 2. q. 5. consil. 7.

Primo superiori assertioni obstat textus in c. inter alia de sentent. excom. in illis verbis, nisi articulus necessitatis immittatur. Ex quibus deducitur, communicantem cum excommunicato non ligari excommunicatione, si gravi necessitate compulsus communicavit: igitur qui metu conditionali in presenti casu communicavit cum excommunicatis in sepultura, nullam excommunicationem contraxit. Ad difficultates varias afferantur solutiones Frechilla de sentent. excom. 37. n. 71. Arellanus l. 1. v. 1. n. 15. Quibus omnibus dicendum est inter alios casus supra enumeratos, in quibus communicatio cum excommunicato permittitur, necessitatis casum referenti in c. quoniam 11. q. 3. veluti fames extrema communicantis, seu excommunicati, ut exposuit post alios Leander d. dist. 15. q. 15. Nec contrarium probatur in presenti textu; nam ut sepe saepius dixi, procedit quando sequitur contemptus disciplinae ecclesiasticae, & communicatio est in divinis: quo casu neque ob necessitatem famis extreme licet communicare cum excommunicato: quare vera interpretatio hujus textus, & differentia, quae veritate inter illum, & text. in d. c. inter alia, provenit ex vera historia presentis decisionis, quam supra retuli.

Secundo presentis assertioni opponitur textus in can. 8. Concilii Ancyran. in illis verbis: Qui secundo, vel tertio sacrificium vi coacti, quatuor annis ad penitentiam sese submittant. Ex quibus deducitur, etiam per vim idolis sacrificantes, & cum idololatriis communicantes, per quadriduum a communionem arceri: igitur penam praeciam communicantis cum excommunicatis a communionem fidelium privatur. Augetur hac difficultas ex

can. 2. c. 2. ipsius Concilii, relatis in c. presbyteris, 50. dist. ubi statuitur, eos qui vi coacti idolis sacrificaverunt, nullam penam mereri. Pro cuius difficultatis solutione dicendum est, certum esse non licere idolis sacrificare, etiam prae textu metus mortis, cum lumina idololatriae species fit idolis sacrificare; ut docent de idololatria plura adductes Mendocia l. 2. Concilii Nibelic. c. 6. Bozias de origine idololatriae, Bedonius, & Pilefacius in idolo. mag. Nec etiam idolis immolatis vesci licet, etiam propter famis extremam causam, de consecr. 32. q. 5. nisi contemptus Christianae religionis non sequatur, aut idololatriam cultus non timeatur, c. si quis carnem, 30. dist. ubi Acuna n. 3. Si igitur quis minus, aut metu etiam gravi idolis suis obtulerit, gravem reatum incurrit longa penitentia expiandum: si autem vi praecisa, & absolute cogatur sacrificare, nullum crimen committit, can. 3. ipsius Concilii, ibi: Qui fugientes timore persecutionis comprehensi sunt, vel a familiaribus, seu a domesticis traditi, & bona propria amiserunt, vel sustulerunt tormenta, vel etiam carceribus inclusi sunt; & tamen proclamaverunt se esse Christianos, quin etiam perseveraverunt violentia ad id quod perducti sunt, ut manus eorum apprehensas, & violenter attractis super sacrificia imponerent, illis licet perseverantibus in fide, & Christianos se esse totis visceribus protestantibus, communicare. Hoc ergo quod eis invidis contigit, si lactu, & meroe animi, acerte se ferre demonstrent ipsi, qui humiliter per bonam conversionem habitum incidentes, dolere se quod inveni coacti sunt, docent, hos tanquam inculpatos a communionem non prohiberi. Quod de Marcelino Pontifice refertur a Baranmo anno 300. plura adducit Gaberius l. 2. de meto, c. 43. n. 8. Nec tunc obstat textus in can. 8. concilii Ancyran. qui accipiendus est de vi conditionali compulsiva, non praecisa, aut absoluta. Quo casu cum detur aliqua voluntas, licet coacta, qua voluntas coacta voluntas est, penitentia imponitur a Patribus; quo modo etiam accipiendus est textus in can. 11. Conc. Arel. in illis verbis: Si qui vero dolore victi, & pondere persecutionis negare, & sacrificare compulsi sunt, duobus annis inter cathedram, & tricennio inter penitentiam habeantur a communionem suspensi.

Tertio presentis assertioni advertatur textus in can. 14. q. 7. ubi docetur, virgines, quae vi barbarica oppressae virginitatis florem amiserunt, non posse Deo consecrari, ex eo, quod virginitatem perdidissent: igitur vi praecisa, & absolute coacti cum excommunicatis communicantibus minori excommunicatione ligantur, siquidem vi praecisa non excusatur a peccato. Augetur hac difficultas ex c. ad ejus, 5. dist. in illis verbis: Per hoc, quod in vita pascitur, sustinet non esse, nisi Ecclesia inoffensivior. Quae verba mire congruunt cum juris principii, quibus docetur, malam quod quis inurus patitur, non afferre ei praedictum, c. presbyteros, 50. dist. l. 1. c. de inoff. iudic. Unde mulieria passus vi praedictum, non nocet infamia, l. 1. de re movto, ff. de postul. & mulier vim passam non tenetur lege Julia de adulteris, l. si quis 13. ff. si quis plane, l. cum passum, ff. ad leg. Fal. de adult. l. si quis, c. de inoff. iudic. Facit Iulius l. in d. h. ubi de Lucretia a Tarquinio oppressa ait: Confortetur agrum, animi averendo noxam a coacta; mentem peccare, non corpus: & ubi consilium abfuerit, culpam abesse. Mire ad rem D. Aug. d. 122. Tantum valet in mente integritas castitatis, ut illa inviolata, nec corpore possit pudicitia violari. Et l. 1. de civit. Dei, c. 18. ubi: Propositio animi permanente, per quod etiam corpus sanctificari meruit, ipsi corpore non auferat sanctitudinem violentia. Pro hujusmodi interpretatione dicendum est, virginitatem vi barbarica oppressam, virginitatem casum mente manere, non corpore, cum Deus de potentia absoluta non possit suscitare virginitatem amissam, c. si Paulus, 32. q. 5. Plura Simon Majorius dicitur canonic. l. 1. collat. 2. Narbona de ante, anno 10. c. dimissio, q. 14. Unde ob defectum floris virginitatis, licet casta remaneat, virgo tamen consecrari non potest, c. qui videtur, 13. q. 4. Albertus Magnus in 4. dist. 38. ibi: Quia tales, quae per violentiam corrumpuntur, licet si nullo modo consentiant, virginitatis gloriam apud Deum non amittunt. Unde aureolan consequuntur, non tamen consecrantur. Hoc tamen olim observabatur duplici ex causa. Prima, quia si corrupta etiam per vim consecraretur, non daretur significatio, seu representatio matrimonii spiritualis Christi cum Ecclesia, & sic ex defectu significatio, non propter delictum virgo oppressa consecrari prohibetur, ut de bigamis etiam probavi in c. de bigamis non ordi. Secunda, propter difficultatem penitus abnegatae voluntatis, & quia internam integritatem Ecclesia non cognoscit, sed solum externam corruptionem inspicit, ideo iudicat eam corruptam. Docent Germonius l. 3. de sacer. immum. c. 10. n. 13. Major de irregul. l. 1. c. 29. Non ergo ex d. c. ille, deducitur, vi absoluta oppressam reatum incurtere, sed tantum delictum pati, propter quem consecrari prohibetur.

13. Responditur c. illa 32. q. 7.

monachos institueret in insula memorata, facturus de canonicis quod crederet secundum canonicam honestatem. His igitur literis impetratis, idem Abbas de Floreja reverfus ad propria, prius quam eas ad dictum Archiepiscopum attulisset, cum venerabili fratre nostro Tolon. Episcopo ad locum memoratum accessit, & omnium fratrum ibidem manentium in tantum obtinuerunt assensum pariter & favorem, quod Abbas Insularum f. clavus domus, & ceterum in manibus alterius Abbatis tradidit, provisione facta cum quibusdam ex canonicis de Cisterciensi Ordine in postum observando: quod & quidam canonicorum in manu quibusdam Abbatis de Floreja sacramento praestito firmaverunt, quod osculo dato eidem, quod usque in finem in eodem Ordine permanerent: alii promittentes per juratorum cautionem, quod per se, vel per alios contra factum illud de cetero non venirent, jurantibus reliquis, quod super provisione sua starent arbitrio Episcopi memorati, & nobilis viri G. de Fossa, Sacristae, qui abierat, assensu probato per testes, quod postmodum rediens esset confessus. Consequenter idem Episcopus, & Abbas de Floreja dicto Archiepiscopo Arelateni per suas literas incrimarunt, quod dicecensium Episcopus & Canonici memorati translationem Cisterciensium fratrum illuc fieri unanimiter asperebant: quod acceptans Archiepiscopus memoratus, factum eorum auctoritate, qua fungebatur, Apostolica confirmavit, vices suas eis in hac parte committens, ut qua bene incepterant de instituendo ibi Ordine Cisterciensi vice ipsius duccerent ad effectum. Cujus mandati parentes humiliter & devote, quae ipsis injuncta fuerant, curaverunt decere ad effectum, dantes Generali Cisterciensi, Capitulo in mandatis, ut in praedicto loco steum Ordinem instituire procurarent. Petebatur itaque pro jandicto Abbate de Floreja, translationem factam ratam a nobis haberi, & auctoritate Sedis Apostolicae confirmari, & transgressores etiam, & contradicentes omnes, qui contra vota, & iuramenta praestita nitentur quod ab eis factum fuerat impedire, canonica poena percelli. Ceterum F. Sacrista P. Ubari, & P. Guil. coram venerabili fratre nostro P. Portuensi Episcopo, quem ipsi, & parti alteri dedimus auctoritatem, processum negotii aliter proponerent. Cum enim praedicti Arelateni Archiepiscopo causa fuerit a nobis sub forma, quam praemisimus delegata, praefatus Abbas accedens ad locum cum Episcopo Tolon. primum litteras nostras Archiepiscopo praesentasset, qui juxta tenorem ipsarum de singulis debere inquirere diligenter, motu proprio cum socia multitudine insulam occupavit: constanter affirmans, quod eis volentibus, vel nolentibus idem locus prae, ac simpliciter a nobis fuerat sibi assignatus. Cumque se in his gravi sententia, Abbate ipsorum et omne auxilium denegante, qui contra quosdam de Canonicis odium dicebant, & ingratitude concepsit, unde in ipsorum dispendium super munitio armatos ponere non expavit, amota inde scala, ne facultas esset Canonicis ascendendi, Sedem Apostol. appellarunt. Sed dicti Abbates nihilominus ab incepta violentia desistentes, cum quosdam ex ipsis non possent corrumpere recuniae sponse, quod super his starent mandatis Episcopi Tolon. per violentiam cogere voluerunt. Cum autem nec quidem dierum posset inducias obtinere, quas quidam ex ipsis ad deliberandum plenarie postularunt, jurare compulsi fuerunt mandatis dicti Episcopi, & G. De Fossa laici, qui eis arduus rupis praecipitium fuerat comminatus, se super praemisissis quaestionibus parituros. Alii promiserunt in manu Abbatis, probatione sibi annua reservata, quod regulam Cisterciensium observarent. Aliqui vero neque juraverunt, nec promissionem aliquam facere voluerunt. Horum ergo tacita veritate nominati Episcopus, & Abbas de Floreja dicto Archiepiscopo suggesterunt, quod dicecensium Episcopus, & omnes loci Canonici super institutionem Cisterciensium, unanimiter concordabant, & ita fuit ejus confirmatio impetrata: sed cum paucis diebus elapsis Canonici Archiepiscopo cuncta quae gesta fuerant, intinassent, ipse quod in praedictum eorum factum fuerat, ipsis compatiens revocavit, restituens eos ad omnia, quae habuerant tempore illo, quo litterae fuerant impetratae, licet postmodum possessionem eorum praetermissis juris ordine insequerentur, contradicentes omnes excommunicationis gladio percillendo: & cum Canonicis ad restitutionem inconstiter, confessiones, & atestationes utriusque partis audisset, ad nos duxit ipsum negotium remittendum. Partibus itaque apud Sedem Apostol. constitutis, praedictum Abbatem de Floreja multipliciter arguunt. Primo quod litteras a nobis per veritatis suppressionem, & expressionem falsitatis studuerat impetrare: suppressum enim fuerat, quod Ecclesia de Insulis Aracarum ad Rom. Eccles. solummodo pertineret, sicut ipsi privilegia, quorum ad nos transcrita praefatus Archiepiscopus destinavit, indicant evidenter. Falsitatis vero suggestio inde perpenditur, quod omnes Canonici translationem Ordinis cum dicecensium Episcopo pariter affectabant: quod aliter esse ipsorum contradicentibus liquido arguebat: Sed neque praedictum Tolon. Episcopus, dicecensium erat ipsorum, qui nullo mediante ad Rom. Eccl. pertinebant. Unde ipsius consensus in hac parte pro nullo erat penitus reputandus. Secundo, quod per vim, & dolum eos seduxit pariter & coegit, ut quidam eorum votum emitterent, alii juramenta praesarent. Nos ergo rationibus & allegationibus partium per jandictum Episcopum Portuensi, qui eas in scriptis vobis exhibuit, plenius intellectis, quia constitit nobis de voto emisso, & praestito juramento a Canonicis Insularum, quod regulam Cisterciensium observarent, vel quod ordinationem hujusmodi nullatenus impedirent; cum utrumque servatum non vergat in dispendium saluti aeternae, nolentes viam perjuris aperiri, non obtinente violentia, quae proponebatur illata, cum nec metum mortis contulerit, nec l. corporis cruciatum, & ideo non debuerat cadere in constantes: nec obistente m. dolo, quo se proponebant fuisse seductos, cum talis dolus non tam ad circumventionem Abbatis, quam ad sollicitudinem eorum debeat retorqueri; super restitutione petita silentium eis de consilio fratrum nostrorum duximus sententialem imponendum. Verum quoniam praedicti Episcopus, & Abbas de Floreja fines mandati per suae temeritatis audaciam excedentes, quod per jandictum Arelateni, Archiepiscopum, cui causa fuerat delegata, fieri debuisset, per se ipsos facere praesumpserunt: quia litterae per suppressionem veritatis, & falsitatis expressionem fuerant impetratae, factum ipsorum tanquam minus legitimum per penitentiam duximus irritandum. Er quia secundum Apostol. instantia nostra quotidiana est omnium Ecclesiarum sollicitudo continua, ne occasione praesentis discordiae locus illi remaneat delinquentis, & delictum personarum in damnum Ecclesiae convertatur, fraternitati vestrae pro scripta mandamus, atque praecipimus, quatenus Deum habentes praec oculis, ad ordinationem ipsius Ecclesiae vice nostra solliciti intendatis: in qua per viros ejusdem ordinis, si fieri poterit, regularium Canonicorum professionem, & ordinem volumus reformari. Alioquin ne locus idem remaneat deformatus, per fratres Cisterciensium Ordinis eundem reformari volumus, & mandamus, correctione praedictorum excessum nobis in hoc articulo reservata: ita quod si per sollicitudinem, & providentiam vestram locus idem Cisterciensium fuerit assignatus, nullum quoad jus proprietatis Ecclesiae Romanae praedictum generetur: quod in plerisque monasteriis ejusdem Ordinis novimus observari. Taliter autem mandatum Apostolicum exequamini, ut fraternitatem vestram, de qua plene confidimus, debeamus merito commendare. Quod si praemisimus locum Cisterciensium duxeritis conferendum, Canonici memoratis in locis idoneis per vos provideri volumus competenter. Nullis litteris &c. Praeter assensum partium, &c. Datum Lateran. 3. idus Julii.

NOTAE.

Maffiliensis Ita legitur in hac sexta collectione, & in epistolis Innocentii IIIa Guillelmo Sirleto emendatis, p. 428. In tertia autem collectione, sub hoc ritu. lacuna adeit; legitur enim idem & Agathensis Episcopus; quae implenda est ex dicta epistola, & ex presenti epigrapha. Maffilia duplex est, altera Libyca, in Africa; altera Gallica, in provincia Narbonensi. Libyca mentio extrat in l. q. c. de metallis, l. 1. apud Hilarium de Synodo, ibi: Sancta Synodus in Sardica congregata est ex diversis provinciis Orientalium partium, Thebaide, Aegypto, & Thracia, Maffilia, Virgil. lib. 4. Aeneid. ibi: Maffiliae gentis monstrata sacerdos, Tacit. cum in vita Agricola. De ea agit Philippus Berterius distrib. l. 2. Maffilia Gallicam Phoenices considerere temporibus Tarquinii Regis prope Arelatem, Rhodanumque fluvium, cujus descriptio reperitur in panegyrico ad Constantium D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. I. Pars II.

nam incerti auctoris, cujus initium est. Paciam Sacristae sine Imperator, ibi: Maffilia, ut audio, in praesentem mare prominens, & multissimo accincta portu, in quem angusto aditu meridianus deluit sinus, mille quingentis passibus ter. reg cohoret, quae firmis turribus frequens murus opponitur. Eius meminerunt Paulinus in Carmine ad Cytherium: Sed propter inopposita Gallorum sola, Maffilia Graevum filium, Aluma sancta civitas Ecclesiae, Pandabas hircanos sinus. Lucanus, Marcellinus, & alii, quos congerunt fratres Sarmatani anno 3. Galliae Christi, fol. 640. Papirius Maffionis in descriptione summanum Gallia, pag. 465. Hac Maffiliensis civitas vulgo Maffille dicta, jam a primis Ecclesiae temporibus habuit Ecclesiam Cathedralam, cujus Praetor Metropolitani, Primalque Narbonensis Galliae erat, antequam in Gothorum potestate pervenisset, ut constat ex Concilio M. M. 2. Thau-

G A P U T V I.

Idem a Massiliensi, & b Agathensi Episcopis.

Cum dilectus filius Abbas de Floreja nuper ad nostram praesentiam accessisset, nobis exposuit diligenter, & hoc ipsum Abbatis Insularum & aliorum quorundam litterae continebant, quod in Insulis Aracarum fratres Cisterciensium, quondam fuerant commorati, sed eis in captivitate a Paganorum deductis, quoniam locus maris erat vicinus, illuc se quidam regulares canonici transfugerunt, qui licet jam per annos viginti canonicorum regularium habitum portavissent, opera tamen contraria regularibus faciebant. Sed ad de Domino insensante reverfi monasticum ordinem ibidem plantari volebant, secundum Cisterciensium instituta, quod etiam dicecensium Episcopus affectabat. Unde nos ad Abbatis ipsius instantiam venerabili fratri nostro Arelateni Archiepiscopo & delictum in mandatis, ut si dicecensium Episcopi, & eorumdem fratrum in id ipsum desideria consequerentur, Cisterciensium no-

Thuria. cap. 2. & notant Savarus ad Siderium lib. 7. ep. 7. circa finem. R. theofus in notis ad Salsianum, pag. 365. Eius Episcopus Raymundo scribit Innocentius in presenti, ut jam notant fratres Sarmatani d. 2. tomo 3. Gallia, fol. 660. num. 31.

3. *b. Agathens.* Agata urbs est antiqua Gallie Narbonensis; Massiliensium olim Colonia, ut referent Strabo l. 4. Plin. l. 3. c. 4. Mel. l. 2. c. 5. Ptolomeus l. 2. c. 10. Habet Ecclesiam Cathedrali d. Stephano dicatam, cuius historiam, & Praefulum seierem referent fratres Sarmatani l. 2. Gallie. Christ. fol. 57. eius Praefulum Raymundo secundo scribit in presenti Innocentius.

3. *c. Insulas Arorum.* Aliqui Leres, seu Leres appellat; Paulus Jovius lib. 5. ibi: Antiquis insulae contra eas insulas, quas Leres antiqui nostri dicebant. De eis agunt Papius Mafonius in descript. sum. Gall. pag. 433. Claudius Marifotus l. 1. orbis maritimi, c. 33.

4. *d. Paganorum.* Sarracenorum videlicet, qui per hae tempora provinciam illam devastaverunt. Paganorum etymon illustravi in c. 2. de consuet.

4. *e. Delinens in mandatis.* In hac verba; (Ad audientiam nostram noveris pervenisse, quod cum olim in insula Aream fratres quidam Cisterciensium fuerint commutati, eis a Sarracenis in captivitate deductis, quia locus est mari vicinus, ad eam se quidam regulares canonici transiit. Verum cum ipsi praenimia paupertate locum ipsum, nec adificis possint, nec possessionibus ampliare, in eo monasticum ordinem instituti desiderant, secundum fratrum Cisterciensium consuetudinem, & id eum Episcopus diceclanus affectabat. Ideoque fraternitati tuae per Apollonia scripta mandamus, quatenus si ad hoc diceclani Episcopi, & eorumdem fratrum concurrat affectus, in memoria insula monachos Cisterciensium, facturus de canonicis memoratis quod expedire videris secundum canonicam honestatem. Datum Romae apud S. Petrum, 17. Kalend. Julii.) Quae reperitur apud Papium Mafonium in descript. p. 480.

5. *f. Clavis domus.* Inter alias symbolicas possessionis traditiones praecipua, & usitatio est clavium traditio, per quam omnes res sub clavibus contentae traditio censentur, l. clavibus, 74. ff. de contrah. emp. probavi in c. 2. de consuet.

6. *g. Oculo dato.* Et sic communio fratrum Cisterciensium, quae per hunc oculum datur, significat, c. dilecto, ibi: Communio oculi ad oculum recepta. Illustrant plura de communione per oculum congruentes, Caesar de eccl. hier. q. 2. proem. 5. P. Greg. de rejud. l. 13. c. 18. Baronius tom. 1. anno 457. Circa l. 1. ubi dicitur, c. 14. Panciroli l. 2. variat. c. 24. Landemet. l. 2. de veteri clerico, c. 101. Salmut. in notis ad memorat. Panzir. l. 1. ep. 46. Savarus ad Siderium l. 1. ep. 11. P. Pinto in spicilio, tract. 1. c. 40. Albalpineus l. 1. ubi dicitur, c. 20. Zorda in adversariis, c. 1. 1. 1. Hallierus de sacris alic. sect. 8. c. 11. Vivar. in aplog. pro Flavio Dextro, §. 9. Memoratus in notis ad l. sacrum, Divi Greg. pag. 376. Ludov. Crefol. l. 4. mystag. c. 6. sect. 2. Josephus Viscomis l. 5. de ritibus Ecclesiarum, c. 2. P. Scherlogius c. 2. in Casaria, ubi dicitur, c. 2. Ant. Guibertus in Polyf. c. 2. Demitrus ad Rogem l. 2. c. 33. Tiracellus in notis ad Alexander l. 2. c. 19. Petrus Greg. in praenotio Decretalium, n. 28. Aut inaus Abbatis obolando intendebant Abbas, & Canonici obedientiam promittere, atque subjectionem polliceri, ut plerumque apud sacros, & profanos usitatum legitur, ut probant de oculis psalm Pontificis plura adductes Rosinvidus in notis, verbo Oculum, & Barbosa lib. 1. juris Eccl. c. 1. n. 90. Joannes Baptista Caladius de ritibus Christianis, c. 81. Landemet. l. 3. de veteri clerico, c. 2. Zorda in adversariis, c. 184. n. 5. Ferrarius de antiquorum ep. l. 3. c. 2. Rousellus l. 8. hist. Pontif. iur. l. 4. n. 13. erudit. ut semper, illustr. D. Franciscus Ramos in synagoga, pro Episcopo, l. 1. sect. 1. n. 90.

7. *h. vel per alium.* Licet enim promissio alicui facti, videlicet alium facturum, daturumve, inefficax sit quoad tertium obligandum, l. stipulatio 38. l. inter 83. l. si ita 92. ff. de V. O. l. cum qui 5. §. si quis, ff. de consuet. pecun. leg. sumum 24. §. quumquam, ff. de damn. infect. l. si quis, ff. de pign. l. tamen ipse promissor tenetur curare, ut tertius det, vel faciat, cap. Eleutherius, 91. d. Decret. Parador. l. 2. re. quod, c. 3. n. 30. Circonius ad rit. de pact. Azovellus in l. 2. tit. 16. l. 5. recipit, unde in presenti specie Abbas, & Canonici regulares obstricti erant ad fatigandum, ut canonici promissis farent.

8. *i. Tolon.* Tolonium, alias Toleonium, est civitas Episcopalis Galliae, in Metropoli Arelatensi, cuius portus ad Mare Mediterraneum accipiendis triremibus patet, ut referunt fratres Sarmatani l. 3. Gallia. Christ. fol. 1060. unde cum prope insulam Aream consisteret Episcopus Tolonenfis, eius consensu desiderabatur, tamquam proprii Episcopi. In hac Ecclesiae translatione, si ipsa Ecclesia immediate Romano Pontifici pareret, ut Canonici allegabant, non Episcopus Tolonenfis, sed ipsius Pontificis auctoritas desiderabatur.

9. *l. Corporis enclavium.* Vel similes; sunt enim alii casus, in quibus metus gravis cadens in constantem virum datur, quos adduxi in c. 1. hoc tit.

9. *m. Obfessio dolo.* Ex his verbis deducit glossa in presenti, in spiritualibus dolum dantem causam actui, actum ipsum non irritare, nec restitutionem adversum eum dari; quod & probari videtur ex c. ex parte, c. veniens, c. adum de consec. coning, & ex D. Paulo 2. ad Corinth. c. 22. in illis verbis: Ego vos non gravavi, sed cum essem absentis, dolo cepi vos, Et c. 9. Facius sum Judicis tanquam Judicis, ut Judicis lucrificerem. Et ex eo, quia salus dici non potest, qui meliorem vitam

proficitur, c. illud, 20. q. 1. unde glossa in c. ficut 27. q. 1. Speculat. in r. de restit. §. qualiter, vel §. sed nuptia, tenent dolum in similibus actibus non attendi. Sed contrarium, & recte, defendit Stephanus Durantium quastionum juris, q. 4. nam ab omnibus actibus, tam temporalibus, quam spiritualibus, procul abesse debent fraus & dolo, c. per suas, de donat. & dolo dans causam contra facti boni fidei, ipsum nullum reddidit, l. c. eleganter 73. ff. de dolo. Quis autem indicabitur, professionem Religionis, susceptionem Ordinum, & similes actus Ecclesiasticos bonae fidei esse: igitur dolo eos nullus reddidit. Nec pro sententia glossae facit textus in d. c. de par. 14. de consec. coning, in eius enim specie mulier, quae suscepit habitum Religionis, aequo sine causa illum suscipere intendebat; siquidem tempore, quo velam accepit, jam cessaverat erroris causa, ut ex ejus integra constat, & docet Bassilius l. 4. de marit. c. 21. n. 11. §. q. 3. Schol. c. 8. nec etiam glossae sententia favet textus in d. c. veniens; in eius enim casu uxor potuit petere maritum, cui permisit per dolum religionem profiteri, quia postea adulterium perpetravit: quare ipso facto amittit jus repetendi maritum, ut docuerunt Durantius d. q. 4. Sanchez l. 7. de marit. disp. 36. §. l. 10. disp. 10. minus faveat contraria sententia textus in d. c. adum, nam in eius specie verus dolo non adfuit, sed potius maritus quodam vi se motus religionem professus fuit. Unde potius ex ipsius factitate, quam ex dolo professo processit, uterium contigit in hoc textu, ut Pontifex faceret, qui a contrario sponunt, dolum veram professionem irritam reddere, & eo casu, cum dolo videlicet verus non est, admitti potest sententia glossae, & Speculatoris; non autem cum verus dolo adfuit, quia tunc idem dicendum est de dolo, ac essentur de metu, c. quomodo, de pactis l. 7. late resolvunt Saenz de relig. l. 2. de voto c. 11. Bassilius Legionensis l. 2. de mar. c. 41. n. 18. Cabreris l. 2. de metu, c. 7. n. 21. Licet ex hac diffusa Innocentii III. epistola facti factis facile comprehendatur, tamen integram causam historiam repetere licet ex illustrissimo Manriquez 23. annalium Cisterciensium 1199. ca. 6. Cum enim in insula Aream dicta, in diocesi Tolonenfi, esset egnum Cisterciense, quod a Sarracenis obfessum, devastatumque fuit; & cum omnes monachi, & conventus ipsius essent cum omnibus rebus mobilibus ipsius monasterii, & Canonici regulares Ordinis D. Augustini locum occuparunt, & per viginti annos possederunt. Unde monasterium hoc insularum Aream inter monasteria, seu Ecclesias canonicorum regularium regere Penotus l. 2. historia canon. regni. c. 23. n. 20. Sed cum neglecta regulari disciplina canonice laxamentis vita dediti, voluissent regularem vitam suscitare cum consensu proprii Episcopi, monachos Cisterciensium in consortium advocarunt, & a R. P. confirmationem hujusmodi translationis, seu professionis mutationis petierunt. Innocentius III. Arelatensi Archiepiscopo scripsit, cuius referunt verba supra recitata. Sed antequam Abbas de Floreja licentiam dedisset ad Archiepiscopatum Arelatensem, ipse cum Episcopo Tolonenfi ad praedictum monasterium accessit, & in eius manibus Abbas, & quidam ex dictis Canonicis professionem emisissent, & promiserunt Cisterciensem Ordinem in posterum observare. Cum hoc retulisset Abbas de Floreja, & Episcopus Tolonenfi praedicti Archiepiscopo, ipse auctoritate, qua pollebat, confirmavit, vices illis committens, utque bene incepterant, ad effectum perducerent. Canonici ab incepto resistentes, comparuerunt coram Innocentio, & proposuerunt se metu & dolo fuisse coactos, & deceptos in praedicta translatione. Innocentius causam commisit Episcopo Portuensi, coram quo varia partes proposuerunt, & allegarunt, quibus auditis, & propositis, Innocentius III. sententiam protulit in hoc textu relatam, iustitiae praedictum monasterium reformari per alios canonicos regulares, & si id consequi non possent, per monachos Cistercienses. Latius prosequitur Manriquez d. c. 6. per totum.

COMMENTARIUM.

EX hoc textu omnes repetentes deducunt, metum gravem ipso jure nullum reddere votum, aut juramentum; fectus vero metum levem, seu non cadentem in virum constantem. Sed an hoc verum sit, videamus. Et certum, ab omnibusque receptum est, votum emissum propter metum etiam gravem, & cadentem in virum constantem, proveniente a causis naturalibus, validum esse, c. si quis, de regularibus, c. Consensus, 17. q. 4. docent communiter Theologi in q. d. 38. Sotus l. 7. de iust. q. 2. art. 1. Arragon. in D. Thomam, 2. 2. q. 58. art. 3. Azorius l. 2. de voto, c. 15. q. 6. Sylvester. vera. votum 2. q. 2. Cabreris l. 2. de metu, c. 31. n. 34. Etiam communiter receptum invenio, votum emissum ex metu inchoato injuste, & per actionem injuriosam, dum tamen talis actio non ordinatur directe ad extorquendum votum, validum esse: docent Sotus & Arragon. locis cit. Lessius de iustit. c. 40. dub. 3. Saenz l. 1. de voti essentia, c. 7. n. 3. Unde si aliquis propter metum sibi illatum in bello a Turcis emittat votum aliquis rei honeste faciendae, validum est. Similiter sustinetur votum emissum ex levi metu. Diffidium interpretum est circa votum metu gravi emissum, ab homine iniuste illato per actionem injuriosam directo tendentem ad extorquendum votum, an sit nullum, non solum jure ecclesiastico, verum & naturali? Et jure naturae validum esse, licet jure ecclesiastico non sustineatur, defendunt Arragon. ubi sup. Azor. c. 15. q. 6. Lessius d. l. 2. c. 4. dub. 3. Saenz l. 1. de essentia voti, c. 7. Castro Palao in opera moral. tract. de voto, disp. 1. p. 1. n. 6. Henriquez l. 1. de marit. c. 9. Bassilius de marit. l. 7. c. 29. n. 5. Sed contrariam sententiam, videlicet omni

11
Votum me-
tu emissum
an susti-
natur.

jure votum ita emissum nullum esse, docuerunt Bonaventura in 4. d. 36. art. 3. q. 2. ad 1. Sotus de iustitia l. 7. q. 2. art. 1. Cabreris d. c. 21. n. 40. plures relati a Feloga in c. 1. hoc tit. n. 40. fol. 73. Horum sententia probatur ex d. c. 1. & ex presenti textu, ubi supponitur votum emissum esse ipso jure nullum; ergo tam jure Ecclesiastico quam naturali. Deinde ex eo, quia Dominus milites voluntarios, non coactos suscipit, c. non est 15. q. 1. & illa vota praedicta, quae voluntaria sunt, juxta illud 1. Paralipom. c. ult. Latius est populus cum vota sponte promitteret, quia cada toto offerbant ea Domino. Et c. praeiens, c. si quis 20. q. 3. Rursus facit pro ea sententia; nam si Deas acciperet votum per injuriam, & metum extortum, videretur approbare ipsam injuriam. Cum ergo hoc concedi non possit, nec etiam quod acceptet simile votum.

11
De iuramento me-
tu preli-
to.

Circa juramentum metu praestitum non levior controversia est, propter juris testimonio sibi invicem contraria, & varias Interpretum sententias. Unde Castro Palao l. 3. operis moral. tr. 1. disp. 2. punct. 4. aherit in hac questione tot esse sententias, quae capita Doctorum. Negant ergo juramentum metu gravi extortum valere Seraphinus de privit. jurament. privit. 110. n. 5. Mogolonus de metu c. 9. n. 9. Cabreris eodem tract. l. 2. c. 7. Pro quorum sententia faciunt textus in c. cum contingat 28. de iurjurand. c. licet, eodem tit. l. 6. c. quomodo pactum, de pactis eodem l. ubi dicitur, juramenta tantum esse servanda, quae vi, aut dolo praestita non sunt, igitur metu praestita viribus carent. Facit etiam textus in c. 2. de iurjur. in illis verbis: Absolutimus quae nefanda coactione juravit. In quibus verbis docetur, Episcopum non teneri levare juramentum metu praestitum. Deinde facti authentica sacramenta, c. si adversus conditionem, ubi Fridericus sinit, juramentum metu extortum nullum esse momenti. Affirmativam sententiam, videlicet juramentum metu extortum validum esse, sed per judicem Ecclesiasticum relaxandum, docuerunt Sanchez l. 4. de marit. disp. 2. §. l. 3. sumos, c. 11. q. 1. n. 14. Suarez l. 2. de iuramento, c. 10. n. 4. Cajacius in c. 1. Oluad. ad Donellum l. 21. comm. c. 13. littera Q, Balboa, & Bajo-Arroyo in c. si vero de iurjurand. Bassilius l. 12. de marit. c. 8. §. ult. Castro Palao l. 3. operis moral. tract. 1. disp. 2. punct. 4. plures congesti a Feloga in c. 1. hoc tit. fol. 83. n. 84. Quorum sententia firmatur expressis juris testimonio

relatis in c. verum, c. si vero de iurjurand. c. 2. c. ad aures, hoc tit. c. auctoritatem 15. q. 3. In hac opinione varietate placeat, juramentum metu gravi praestitum, merito jure valere, tam naturali, quam positivo, donec relaxetur. Cujus sententiae potissima ratio est, quia metus non tollit voluntatem, licet eam minuat; sed ad juramentum non desideratur voluntarium, ut ad votum, sed tantum consensus; & in voto tota voluntatis ablatio tendit solum ad meritum, & solum Deo acquiritur: at in juramento duplex obligatio datur, una respectu Dei, altera respectu partis. Quae Deo acquiritur, non tendit ad meritum, sed ut promissa parti custodiantur, Deo in tellem rei promissa adhibito. Unde juramentum validum est. Nec contrarium suadent textus in d. c. cum contingat, c. licet, c. quomodo, quia quatenus docent juramentum metu, aut dolo praestitum, servanda non esse, accipiendi sunt petita relaxatione: ita ut post relaxationem contractus firmitatem, aut robar non praestent, ut docent Suarez de iuram. l. 2. c. 11. n. 15. §. 16. Quo modo etiam accipiendi sunt textus juris nostri Hispaniae in leg. 2. tit. 12. l. 2. fore, ibi: Por medio o por fuerza prometiendo un hombre a otro, maguer le obligasse jurado, dezimos que no es tenido de cumplir la promission. Et leg. fin. tit. 11. partit. 3. El que jura cosa que cada (id est licitam) no se puede excusar de no la guardar, maguer diga que lo hizo por fuerza; petita videlicet relaxatione. Hermosilla in l. 56. tit. 5. partit. 5. ut sensus legis sit, juramentum in ea specie adhibitum vires habere, donec relaxetur. Quo modo etiam accipiendum esse textum in c. 2. de iurjurand., docet Suarez, ibi sup. n. 7. Castro Palao tract. 4. n. 11. licet aliter textum illum accipiat Fortunius Garcia tract. de iur. sine, n. 483. quem sequitur Feloga ubi sup. pag. 83. n. 98. Nec etiam refragat textus in d. sub. sacramenta, nam ea verba; nullius momenti, accipienda sunt ita, ut juramenta metu praestita nullius sint momenti quoad effectum confirmationis contractus; valere tamen quoad obligationem religionis ortam ex eo, quod Deus adhibuit sicut in tellem, & quoad eam partem juramentum valere donec relaxetur. Latius exponuntur interpretationem ipsius authentice Donellus ibi, Vinius l. 1. sect. 9. 15. Ex his ergo apparet, juramentum in presenti specie ab Abbate, & Canonicis regularibus praestitum valuisse, donec ejus relaxatio peteretur.

CAPUT VII.

a Gregorio IX.

Super eo, quod adversarius vester se conquirebatur a vobis per violentiam spoliarium, arbitramini contra vos fuisse injuste processum, cum non nisi proprio juramento probaverit singula, quae amittit. Verum postquam de violentia per testes, & de amittis rebus per ipsos confiteri sacramentum, potuit iudex taxatione ab ipso facta, pro personarum, ac negotii qualitate vos in estimatione rerum amissarum juramento adversarii declarata, rationabiliter condemnare.

NOTAE.

1. *a. Gregorius.* Cui tamen Prelato referat in presenti non constat: ut pleneque in decisionibus hujus Pontificis consigit, ut jam notavi in c. fin. de consuet. Pro vera autem hujus textus interpretatione sciendam est, quod licet aliquando in actione, quod metus causa, locus sit juramento in licem, & juxta juramentum illius, qui metum passus est, estimatio rei fiat, l. ex arbitrio 18. ff. de dolo, probavi supra in c. 1. hoc tit. dum actionem quod metus causa, ejus originem, & naturam exposuit; tamen praesens decisio juxta eum casum accipi non potest: cum in ea agatur de rebus violentie ablati, & amittis; atque de interdicto unde vi, atque restitutione earum rerum petita. Quare textus iste intelligendus est cum lege si quando 9. c. unde vi, ex qua Gregorius hanc decisionem dempsit, & hypotesis ita praeservanda est: Cum me vi a domo eiceres, & domesticis res per vim occupasses, vis ipsa per testes probata fuit, res autem ablate, & per vim occupata probata non poterunt. Tum quia tempore occupationis nemo praesens fuit: tum quia, quae in domo continentur, difficultis probatio est, nisi domesticis, & familiaribus testibus. Consulit fuit in hoc casu, quomodo estimatio inenda esset? Et Gregorius juxta Zeonosis constitutionem, de qua in d. si quando, decrevit, iudicem debere mihi vim passio deserre juramentum super rebus illis ablati, & earum estimatione; & tunc habita ratione persone & loci, ubi vis illata est, iudicem condemnationem facere debere.

COMMENTARIUM.

EX hac Gregorii Noni decisione sequens deducitur assertio: Probata violentia per testes, rei amittis probantur per juramentum in licem, & super valore ipsarum, praesentis iudicis taxatione, & sequenti petitoris juramento, sit condemnatio. Probant ab specie textus in l. semper, 15. §. si quis quorum 9. ff. quod vi, aut clam, l. si quando 9. C. unde vi, l. 11. c. 5. l. 3. §. 1. l. 1. §. 1. c. 3. n. 1. §. 1. c. 10. §. 1. c. 11. §. 1. c. 12. §. 1. c. 13. Per argumentum probant eum text. in l. si de in licem jur. l. qui restituere 68. l. quod si 73. ff. de R. J. §. si 25. §. hoc verba, ff. de pet. liberat. l. si quis argentum, ff. de pign. l. si non ponit in fin. de recept. ambur. l. §. hoc interdicti. ff. de in loco pub. l. si si de fide instrum. in actione, §. vero, l. qui 9. §. si quis, ff. de iust. novel. 82. §. si quis, ut autem: in quibus probatur damnatum datum petitoris juramento estimatio.

D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. I. Pars II.

1. Illustrat ultra congesti a Barbosa in presenti, & repetentes in d. l. si quando 9. Myfingerus centur. 4. obiter. 12. Cajacius l. 2. obiter, c. 28. §. in d. l. si quando, ubi etiam Donellus & Giphanius: idem Donell. l. 26. canon. c. 6. §. 1. l. 16. c. 17. §. de erroribus deinde 18. error 10. Plozus de in licem jur. §. 2. n. 17. Leonardus de ar. q. 77. n. 38. Parexa de instrum. edit. vir. 7. resp. 10. n. 25.

2. Verum hac assertio pluribus, non levibus arguitur difficultatibus. Prima nalcitur ex eo, nam actor, qui dicit res in eo loco fuisse, unde dejectus est, easque amittit, secundum juris regulas probare debet, alias reus absolvetur, l. si de iurjurand. l. qui accusat, C. de edicto: nec jurandum a parte parti non delatum aliquid probat: l. 3. in principio, ff. de iurjurand. igitur licet in presenti per testes vis probata esset, si eam passus non probavit res fuisse in eo loco, ubi vim passus est, easque amittit, reus absolvetur erat. Secunda provenit ex eo; nam parti juranti in hac specie, vel fides adhibetur ut testi, aut ut iudici: sed nemini in causa propria, ut iudici, aut ut testi creditur, l. Juliano, ff. de iudicis, l. nullus, ff. de testibus, l. leg. unie. C. de quis in suo causa: igitur nullo modo illi fides adhibenda est. Tertia oritur ex eo; nam si in hac specie parti deferretur a iudice juramentum in lite ob defectum, & inopiam probationum, deberet deferri juxta hujus juramenti naturam, videlicet ut juret actor in infinitum, atque ejus juramentum iudex legat tenetur, l. §. 1. ff. de in licem jur. l. qui restituere 68. §. 1. ff. de R. J. igitur non recte in presenti deciditur, juxta taxationem prius a iudice factam, partem jurare debere. Quarta difficultas militat contra id, quod in presenti textu docetur, videlicet iudicem deferentem juramentum hoc parti, debere prius taxationem facere; nam iudex, qui deserit juramentum in licem, five postquam pars juravit, potest praedictam taxationem facere, l. §. 1. ff. de in licem jur. l. §. 1. ff. de in licem jur. igitur non recte in presenti docetur, ante juramentum partis debere iudicem taxationem facere. Ultima tandem difficultas expendi potest in hunc modum: In presenti specie ex culpa & delicto proprio tenetur, qui per vim res inavit: sed ex culpa non debet deferri juramentum, sed jure per se debet estimacionem facere. Textus discretus in l. §. 1. ff. de in licem jurand. igitur in presenti specie jurandum in licem parti deferri non poterat.

4. His tamen difficultatibus minime obstantibus, valde juri congrua est praesens decisio, ad cujus expositionem sciendum

M m 3

De inter-
dicto un-
de vi.

